



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Bannvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

longa experientia. Sed quando hæc sunt cum quibusdam obseruantij, quæ ad talem effectum nullam habet virtutem, potest aduersari, quod sit peccatum mortale. vel quando homo nimis eis credit, vel nimis timeret, putans se cogi ad opera, vel hæc pro lege suorum operum accipit, secundum Cyp. ibi, & Thom. vbi suprà. Tales enim augurijs seruientes, ab ecclesia sunt separandi. in cap. augurijs. 26. q. 5. Nullus autem separatur ab ecclesia, nisi propter mortale igitur mortaliter peccant. infra. Supersticio. per totum. Sors per totum. Agusper ab ara diei, hoc est, à victimis in ara conspi- ciendis.

## AVSTERITAS.

<sup>3</sup> AVSTERITAS quandoq; accipiatur pro virtute temperantia, quandoq; pro virio. Quando quis in austertate excedit mediū, vel erga se ipsum, vel alios, tunc virtus esse non potest, quia medium excedit.

<sup>2</sup> Q y i enim excedit in austertate sibi, & alijs, taliter vt natura non possit conseruari, vel vt propter hoc notabilem incurrit infirmitatem, scienter mortaliter peccat: agit enim contra charitatem. Secus quādō arbitratetur posse hoc facere, & facit propter bonum finem, licet decipiat. Secundō peccat prælator, subditis cum austertate imperans. 46. d.ca. hoc habet. & contra hos clamat propheta, dicens: Et cum austertate imperabatis illis. Tertiō, quando sunt austeri in dispensando, & recipiendo ad misericordiam: quia si Deus benignus est, vt quid saecordos vult austerus apparere? 6. q. 7 c. alligant. Austeritas enim immoderata, nec correctionem inducit, nee fatet. c. dissoluendi. 45. d.

## BALLISTA.

BALLISTARVM ars an liceat, su- prā, Ars. §. 6. & quomodo prohibe- tur ibi.

## BALNEVM

<sup>3</sup> BALNEA intrare pro voluptate non honesta, & pro luxuria, nunquam licet, quia peccatum est mortale, testatis occidere, secundum Archid.

d 4 Flo.

vel veniale. Pro necessitate autem semper est licitum, etiam diebus festis, in c. peruenit. de consec. d. 4. Clericis etiā est permisum pro necessitate, in c. omnis qui. 24. q. 1.

<sup>3</sup> R E L I G I O S I S etiā August. in regula concedit pro necessitate. Non licet viris intrare balnea cum mulieribus in c. nō oportet. 81. d. & hoc propter perieulum concupiscentiæ, cum autem propria muliere, sine aliorum scandalo non credo prohibitionē tenere, quia cessat ratio peccati. Et dicit ibi gl. quod si vir cum muliere extra nea ingrediatur, priuatur donatione propter nuptias: & mulier si cum extraneo ingrediatur, priuatur dote. §. inter culpas C. de re. publ. l. fi.

<sup>3</sup> N O N licet Christiano balneare se cum ludao, quia est pena excommunicationis in iure. 28. q. 1. c. nullus ne que clericu sub pena depositionis: ibi in d.c. Et hoc de omni infideli intellige, secundum gloss. in cap. omnis. 24. quæst. 1.

<sup>4</sup> A n präceptū dicto cap. non oportet. sit obligatiuum. iudica iuxta dicta infra. Präceptum. §. 6.

## BANNVM

<sup>1</sup> BANNITVM occidens lege concedente, non liuore vindictæ, sed tantum zelo iustitiae, nō peccat, quia est in illo casu iustitia minister, sicut famuli prætoris: si tamen talis sit extationibili causa bannitus, & tale statutū si fiat, quod impunè banniti possint occidi, etiam cū aliquo præmio, valer, secundum Pa. de consue. c. fi. in glo. in fi. Tales enim sunt hostes civitatis. Idem dic quando statutum, vel consuetudo dat facultatem consanguineis vindicandi mortem suorum consanguinorum, secundum Ioann. Andr. in additi. Spec. in tit. de cōslit. Intellige vt hoc faciant sicut ministri legis, & zelo iustitiae. Secus autem, quando lex non concedit, sed permittit non puniendo, sicut permittit metetrices: tunc non licet, sine mortali occidere. Nec etiam licet prædictos bannitos extra terminos illius postulatis occidere, secundum Archid.

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## BAPTISMVS.

¶lo.infrā Homicidium. §.2.

2. BANNIENS iniustè aliquem, de amissis, & damno secutis, ex iniusto banno satisfacere tenetur, ultra mortale, secundum Inn. in c. si de his qua vij. met. c. fi. Causam enim damni at-  
tulit iniustè, Bannum enim fuit occa-  
sio amissionis rerum suarū, nec metus  
fuit vanus, sed talis, qui poterat in cō-  
stantem virum cadere.

## BAPTISMVS.

1 BAPTISMVS Ioan. Baptiz̄ nō

erat sacramentū, nec conferebat gratiā, sed tantūm disponebat homi-  
nes: & erat figura baptismi Christi.  
Thomas 3. part. q. 70. art. 1. & oēs qui  
fuerant baptizati baptismō Ioannis,  
tenebantur baptizari baptismō Chri-  
sti. Tho. 3. part. q. 38. & 4. sentē. d. 2. q.  
2. a. 2. contra magistrum.

2 BAPTISMVS, secūdum Tho. 3.  
par. q. 66. a. 1. est ablūti corporis exte-  
rior facta sub p̄scripta forma verbo  
rum, adde cum intentione baptizādi,  
&c. hæc enim tria de substātia huius  
sacramenti sunt.

3 AD baptismum cōperūt homines  
obligari post Christi passionem, & re-  
surrectionem; secundū Th. 3. part. su-  
prā, quia per baptismū configuramur  
passioni & resurrectioni Christi, in-  
quantū morimur peccato, & resurgi-  
mus ad nouitatem vitæ spiritualis.

4 BAPTISMIFORMA est hæc: Ego  
te baptizo in nomine patris, & filij, &  
spiritui sancti. Aliqui addūt Amen. in  
c. 1. de baptis. & Tho. 3. part. q. 66. art.  
5. Ly ego, non est de substātia hu-  
ius formæ, secundum Tho. vbi suprā,  
se poniit ad maiorem expressionē.  
Concor. Inno. in dicto. c. 1. Sienim es-  
sed de substātia, Græci. qui non po-  
nunt, non baptizarent, & tamen verē  
baptizant, cuius signū est, quia quan-  
do ad Romanā ecclesiā reuertuntur,  
non baptizantur de nouo, peccant ta-  
men Latini, dimittentes Ly ego, secun-  
dum Per. de Pal. quia faciunt cōtra ec-  
clesiæ p̄ceptum. Ad hoc est tex. in c.  
retulerunt, de conse. dist. 4. ideo si di-  
mittatur, tenet baptismus, vt dicit gl.  
in c. multi. de conse. dist. 4.

5 Hoc verbū Baptizo, est de substā-  
tia, & sine illo non esset baptismus. S.  
Th. vbi suprā, & secundū decret. Ale.  
loco cuius Græci dicunt, Baptizerut.  
Item ly, te, est de substātia, secundum  
Tho. ibi, & Pet. de Pa. & dictā decre-  
talem. Si tamē loco, Te, poneretur no-  
men propriū, vt dicendo. Ego baptizo  
Petrum, Tab. dicit se credere quod va-  
leret, quamvis peccaret, cūm & Græci  
ponant nomen propriū, dicendo:  
baptizetur Petrus, &c.

6 EX R E S S I O personarum Tri-  
nitatis, est de substātia formæ, secun-  
dum Tho, vbi suprā quia baptismus à  
sancta trinitate primō efficaciā habet,  
& sic habet determinatio ecclesiæ, in  
c. in Synodo Angelorū. de conse. dist. 4.  
Ita vt qui vnam tantūm personā, vel  
duas nominaret, nihil efficeret, nisi  
hoc ex instinctu Spiritū sancti faceret,  
vt dicti S. Th. & vt in primitiva eccl  
esiæ factū esse legimus. Act. 8. Sic enim  
instituit Christus. Matth. vlt,

7 BAPTIZANTES eos in nomine  
pattis, & filij, & spir. &c. Hoc tener Pe.  
de Pa. qui dicit Ioan. gl. errasse in ea, à  
quodam. de conse. dist. 4. Neq; etiam  
valeret, si quis dicat: In nomine Trinitatis,  
nisi exprimat personas, secundum  
communiter docto.

8 Ly, amen, non est de substātia, ne-  
que de p̄cepto, ita vt qui non dicit,  
peccet, nisi forte vbi particularis con-  
suetudo hoc haberet, secundum Petr.  
de Palu. Ly in, & ly &c, vt dicunt qui-  
dam, sunt de substātia, quamvis lo-  
co ly &, possit poni. secundum Ioan.  
in cap. de baptis. alias si dimittantur,  
non erit baptizatus.

9 N O n licet mutare formam baptis-  
mi, neque aliorum sacramentorum,  
quia si non licet mutare materiam,  
multo minus formam, qua principa-  
lier est in sacramentis, secundum Th.  
suprā. intellige in his quā sunt de ec-  
clesiæ formæ, & nisi ex instinctu spiri-  
tus sancti. Si autem aliiquid pertinet  
ad formam ex determinatione eccl  
esiæ, & id dimittatur, perficitur quidē  
sacramentum, licet peccatum incul-  
tatur.

to Qui.

